

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

Jonstoni Historia Naturalis

Ioannis Jonstoni|| Theatrvm|| Vniversale Omnivm|| Animalivm||
Qvadrupedvm

Jonston, Jan

Heilbrunna, MDCCLV.


VD18 90528808

Illustration: Tab. LXXX. Tatus; Testudo. Schildkrötte; Testudo Aguatica;
Testudo Marina.


urn:nbn:de:gbv:45:1-10966

Tatus


Tab: LXXX




Testudo . Schildkröte .



Testudo Aguatica .



Testudo Marina .



Amb.
I. 2.c
Nem.

Defor

Plin.
I. 9.
Idem
L. II.

Aristo
part. a
L. 3. c

Carda
variet
c. 29.

Lecma

Arria
Perip
maris
bri.

De Testudinibus in specie.

ARTICULUS I.

De Testudine terrestri.

Ambroſit. Quatuor testudinum genera ex Plinio ſupra poſuimus. Sed Ovip. dl. haec ad duo, *Terrefrēs* nempe et git. L. 2. c. *Aquaticas*, optime reduci poſſunt. *Terrefrēs* aliis *montana*, *ſilvestris*, *campeſtris*, *agrestis*, et *nemoralis* dicitur. Graeci *Xeropatae*, Nicander *Σέινη*, Oppianus *Ἐρειφόρος* vocat. **Defcription** Luteis et nigris maculis inſtar ſalamandracæ in tergore diſtinguitur, cortice ſuperiore marinam valde aemulatur. Foemina a mare in eo diſſert, quod inferiorem teſtam planam habet, quae mari concava, et ſemper ponderoſior obſer- vatur. Interiora ſic M. Aurelius Severin. Seſerinus deſcribit. Principio in- Zootom. quit, ablato cortice inferiore iſta- Democræ. 321. tim adparuere duo *muſculi* ante- riores moventes, ut adparent bra- chia, utrinque unum, quamquam uterque diſtinctus videtur in duo, quorum maior eſt exterior, minor vero interior. Oblique deſcendunt quaſi ab axillis brachiorum, naſcentes a membrana adhaerefente cortici, et deſinentes in tendonem acutum. Figura ipſorum oblonga, rotunda, quaſi plantæ manus, in- fra hos muſculos tum parte dextra, tum ſinistra ſex alii viſuntur oblon- gi, flexores fortaffe brachiorum, duo totidem adparent muſculi de- ducti ad femora, naſcentes ab ex- terna dicta membrana corticis, qui tertio ſunt minores brachialibus, neque in tendonem deſinunt, ut illi, ſed carnoſiores ſunt, quod inſerantur femoribus. *Spina* compa-cta eſt et valide innexa cortici, per longitudinis medium. Infra caput medio lato digito deſcendunt duo muſculi a lateribus poſiti, iſum intra trahentes, cum duobus aliis paullo inferioribus, quaṭuor iſti ob- longi maxime omnes. *Iecur* parte dextra et ſinistra aequali magnitu- dine bipartitum. Gibbum externe, cauum interne, ſed dextra interne inaequalis veluti praerupta rupis, complectens miro artificio ventri- culi orificium inferius et portionem duodenī, ſinistra complectens ma- iorem ventriculi cavitatem, exca- vato quodam ſupercilio ſimilis. Cy- stis ſellis dextra in fibra hepatis pro- funde condita, *ventriculus* ad hu- manum vel ſuillum maxime acce- dens, ſed poſquam in intestina per- ducitur, tres amplas habet cavi- tates, in quibus totidem perfici coctiones et transmutationes af- sumtorum videntur. In prima, herbacea materia, in ſecunda item, ſed elaboratior, et hinc externe adhaerebat *lien* rotundior et ater, in tertia materia quae- dam ſubliquida et albiflora, ſimi- lis mansæ castaneæ, ſed dilutæ. Aperta eſt coniectura, ſervire hanc in locum veficae, quae eiaculatur quandoque humorem album, ve- luti gallinae ſolent. Ampla eſt haec et castaneæ figuram aemul- latur, tenuiſſima eſt et ample ca- nali, quantum eſt intestinorum extre- um ſimilis, cui correp- ſonat parte inferiori. Haec valide adhaerescit peritoneo atque im- mediate illi incubit. *Intestinum* re- dum in fine habet processus il- los laterales, qui ſunt gallinaceis omnibus, ſed divisos tamen et in latera longe productos usque ad renū viciniam. Cum his pone ſunt ovorum utraque parte produc- tiones, *Mesenterium* am- plis ſatis venis intextum. *Cor* rotundæ figuræ, ſed non exa- etiae, ut lenticulam referat; colo- re ſubalbidum, intus uno ſinu ca- vu, ſitum ſupra iecur ſtati- *A- ſpera arteria*, quae digniſſima omni- no eſt obſervatio, paullo poſt ini- tium

Dd

tium